

MARTINVS CRVSIUS PROFESSOR TVBINGENSIS.



Martinus ille à teneris annis operā literis dedit, atq; prima artium & linguarum funda- mēta in patria feliciter iecit. Postea sese ad Germaniæ academias cōtulit, & in primis Argentinæ atque Tübinger Philosophiæ & Poëticæ magna dili- gentia incubuit. Huic studio Gr̄carum literarum exactam notitiam cōiunxit, atq; Magisterij gradu comparato talis euafit, ut uiris doctissimis meritō connumeretur. Itaq; Tübingeris Academiæ pro- ceres Martinū inter professores receperunt, & ar- tes cū linguis iuuentuti explicare iusserūt. id quod ipse magna laude præstítit. Nam in carmine Græ- co & Latino scribendo erat felicissimus, præterea multis alijs disciplinis optimè institutus. Scripsit Martinus præter alia, multa de uiris doctis epigrammata Gr̄ca, quorum aliquot per amicos (ut huic ope ri insererentur) ad me transmisit. utpote de Hedione, Sturmio, Beurlino, & Thoma Grynæo, ex quibus ingenij uires facile cognoscuntur. Is etiamnum Tübinger supereft, atq; sua eruditione & pietate eam scholam plurimū exor nat. Anon.